

Band X., Nr. 4511, Seite 234-235

Abt und Konvent von Adelberg und Ritter Ludwig von Staufeneck übergeben ihren Streit um den Laienzehnten in Altbach einem Schiedsgericht.

Göppingen, 1294. April 21.

Harum litterarum inspectoribus universis . . divina permissione abbas totusque conventus monasterii de Madelberc Premonstratensis ordinis Constantiensis diocesis et Ludwicus de Stouphenegge miles eiusdem diocesis rei notitiam subnotate. Scripta fidem firmant commendat pagina verum.¹ Hiis itaque scriptis tamquam in iure confessi recognoscimus et inter casus notorios volumus computari, quod de omnibus questionum articulis, quas super decimis laicalibus constitutis apud Alpach predictae diocesis actenus ad invicem habebamus, in viros honorabiles . . decanum de Ezzlingen, . . prepositum ecclesie de Furdowe memoratae diocesis et in magistrum Duringum de Gamundia Augustensis diocesis compromissimus, ipsos arbitros elegimus compromissarios fecimus in eos tamquam in bonos viros consensimus et presenti pagina consentimus, ita ut, si copia alicuius eorundem arbitratorum non possit haberi propter eclipsim vite vel propter aliam ullam causam, alius arbiter sub temporis brevitatem loco absentis absque malitia debeat subrogari, quibus inquam arbitris tradimus plenariam potestatem, ut possint nos citare ad locum Ezzlingen pro sue libitu voluntatis ac punire absentiam contumacis, ut possint a nobis iuramentum quodlibet necessarium extorquere testes iuratos recipere negotium examinare servato iuris ordine totaliter vel particulariter pretermisso, ut valeant deliberare decernere interloqui pronuntiare semel vel sepius, plerumque ut queant negotio finem imponere per sententiam arbitralem, sedendo vel stando tempore feriato vel non feriato et etiam quavis hora. Ne autem compromissum huiusmodi elusorium videatur, per sollempnem stipulationem promittimus firmiter ac districte, quatinus ipsorum omnium concordantium vel maioris partis pareamus arbitrio seu sententiae arbitrari et nichil in contrarium per nos vel personas interpositas verbo vel opere attemptemus. In penam utique duximus acceptandum, ut pars, que secus egerit, mox ipso facto ad amissionem principalis cause ac etiam ad refusionem dampnorum et interesse accedentium maneat parti servanti arbitrium condempnata nec prorsus parti arbitrio renitenti dabitur audientia coram ecclesiastico iudice vel civili. A qua pena tam sedes apostolica tam imperialis auctoritas vel quevis alia iurisdicio seu exceptio neque liberat nec absolvit

¹Häufiger angewandter Hexameter.

II

eo quod renuntiationes super eo fecimus debitas et consuetas, qui immo ipsi compromisso et omnibus suis clausulis adhibuimus sollempnitatem debitam et consuetam. In quorum omnium evidentiam instrumentum hinc inde confectum nostris sigillis fecimus communiri.

 Acta sunt hec anno domini MCC nonagesimo IIII., in Geppingen, XI. kalendas Maii, indictione VII.

—

Textabdruck folgt dem Original.

 Zwei spitzovale Siegel, 1) c. 58, 38 mm., der stehende Abt, in der Rechten den Stab, in der erhobenen Linken einen unkenntlichen Gegenstand, zu beiden Seiten im Siegelfeld Epheuranken; Umschrift: . . . IGILLVM . ABBA . . . ADELBERC. 2) c. 56, 38 mm., der hl. Ulrich, stehend, im Bischofsornat mit Stab und Buch; Umschrift: + . *SigiLlum* . CON . . . NTV . . . IN . ADELBERC.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 469 I U 62

Überlieferung und Textkritik:

Original. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomat
tar HStA Stuttgart H 14 Nr. 1, S. 191.

Regesten:

Müller: Urkundenregesten Adelberg, S. 9, Nr. 62.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Göppingen

Ortsindex:

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)
 Adelberg - Kloster, Adel-
berg, GP
 Altbach Wohnplatz (294)
 Altbach, ES
 Augs-
burg, A
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am
Neckar, ES
 Faurndau Wohnplatz (722)
 Faurndau, Göppin-
gen, GP
 Göppingen Wohnplatz (723)
 Göppingen, GP

Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Schwäbisch Gmünd
Wohnplatz (4879)
 Schwäbisch Gmünd, AA
 Staufeneck Wohn-
platz (813)
 Staufeneck, Salach, GP